

VVITEBERGENSIS.

quos habuit Scholasticos cœtus, per quos doctrina pia propagata est. Horum studia, fidem, & mores nostri cœtus etiam imitentur.

Esaïæ 51.

Posui verba mea in ore tuo, & vmbra manus meæ protegam te, vt plantem cœlos, &c.

LEGES COLLEGII FACULTATIS LIBERALIUM ARTIUM, quas Philosophia continet.



DEVS æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, ostendit generi humano literas & numerorum, figurarum, anni, remediorum, legum de regendis ciuilibus moribus doctrinam, & historias, & seruat hæc dona nobis non solum, vt sint præsidia huius vitæ communia omnibus gentibus, sed multò magis eò, quia cum DEVS imensa bonitate ex illa sua æterna & arcana sede prodiens se patefecerit, editis promissionibus & illustribus testimonijs de filio suo Domino nostro Iesu Christo, voluit hanc suam patefactionem, dicta & testimonia mandari literis per Patres, Prophetas & Apostolos, & hac doctrina sibi Ecclesiam æternam colligi, Sicut Paulus inquit: Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Nec alia est doctrina vera de inuocatione Dei, de reconciliatione hominum cum

E ij

Deo,